Si libet exiguis mecum ditescere poclis,
Et potes ad tenuem coenam accumbere mensa,
Et mihi cenare hallecem atque oua catillo
Supremo te sole domi [illegible] manebo.
Dobbinus, nostrique grauis sapientia Borkij,
Se tibi iucundum dabit hac ad fercla sodalem.
Vina bibes bona, si proprio depromere penu
Vina voles; mala, si nostri χείλεα δ᾽ [illegible].
Viue, uale, si quid nouisti laetius istis,
Imperti facilis; si non, his utere mecum.
Proijce cum calamis contractae seria frontis,
Et Iouis offensi nimium ne tela timeto.
Quis scit, an immutent hodiernis crastina turbis,
Tempora Dij superi? liceat modo viuere, spes est,
Ieiunaturos nos fortiter. Ergo solutus
Curis, & stulto certamine diuitiarum,
Ad sextam venies, nunc rem sudoribus auge.

cum poena bene magni
scandalij boni viri ex
tua cella.

Th. M.

Dobbinus.

Dobbinus